



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An domini soluentes famulis sibi seruiantibus imminuta stipendia
teneantur reliquum restituere vsque ad æqualitatem & de
recompensatione licita. Cap. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

ex eius commissione posset pro se quaerere, quia intelligenda erat solum de adiuuantibus se ad postulandum, & quia est contra finem eleemosynae, talisque conductor huius iuris quaerendi tenetur deductis octo iam impensis aureis, deductisque impensis victus, residuum ex 30. aureis sic ex tali quaestu constatis, restituere praedicto naufrago, cuius nomine illa, eleemosyna est postulata, si necessitas indigentiaeque eius, suppleta iam non est, quod si iam sua indigentia est reparata, pauperibus residua eleemosyna erit eroganda, vel pro his operibus pijs, pro quibus per sententiam iudicis fuerit adiudicata. Communiter doctores in his consonant.

¶ An domini soluentes famulis sibi seruientibus imminuta stipendia teneantur reliquum restituere vsque ad aequalitatem & de recompensatione licita.

CAP. VIII.

AM alias causas furti, aut restitutionis prosequamur, vsque dum omnes difficultates exhauriamus. ¶ Inter

reos autem restitutionis est, qui mercenario statim diarium suum non soluit, faciens contra illud morabitur opus mercenarij: at si soluit quidem: sed non in ea re, qua debet, sed in panno, aut esculento, contra eius voluntatem, cum possit soluere in re conuenta, peccat & si in ea non poterit soluere, id in quo soluerit aestimandum erit iuxta pretium commune, etsi mercenarius eo non indigens illud vendit, & non inuenit pretium pro quo accepit, ad damnum tenetur iuxta D. Ant. * & communem: quod secundum Nauar. meminisse debent confessarij & admonere concionatores in his terris in quibus duces, & alij ministri regum solunt stipendia militibus in pannis, quibus illi non indigent, quosque longe viliori pretio vendere coguntur.

Leuit. 19.
a D. Anthonius
Flor. Archiepiscopus
2. part. tit. 1. c. 17. §. 8.

b Glos. in l. si v. o. §. cum quidam ff. de locatu. & condicto.

Q. 1.

¶ Ad soluendum tamen diarium, tempore quo seruus aegrotauit, non tenetur herus b Et si mercenarium, vel quemlibet alium famulum, qui suas operas locare consuevit, nullo pretio statuto suscepit, tenetur ei soluere tantum, quantum daret alteri simili, si eum conduceret & si pretium taxandum est arbitrio heri, taxandum est arbitrio boni

poni viri secundum Syluest. ver. familia. ¶ Circa quam Q6.1.
 materiam statim exurgit illa quæstio vtrum domini re-
 necantur recompensare suis famulis vltra assuetum stipen-
 dium, vel conventionem cum illis factam, quando huius-
 modi stipendium est diminutum, & vtrum tunc famuli se-
 creto possint sibi recompensare, in eo in quo deficiat à iu-
 sto, sibi diminutum præstitum salarium. Circa quam quæ-
 stionem Sotus ^c aperte docet famulos ab heris furtim ^c Sot. lib.
 quicquam accipere non posse, præter sua conuenta sti- ^{5. de iustit.}
 pendia, quando aliter via iustitiæ illa recuperare non pos- ^{et iure. 4.}
 sunt, etiam si causentur, se minutissima accipere stipendia, ^{3. art. 3.}
 nisi forte, vi, vel fraude compellantur seruiendum, &
 certum sit eos non æquiualens suo seruitio accipere.

¶ Corduba autem ^d diffusius, quam oportet hanc pro ^d Cordub.
 sequitur materiam, sed exacte sicut cætera solet, quare ex ^{in tract.}
 re erit eius diffusam doctrinam ad breviora reducere pun- ^{de casibus}
 cta. Vnde dictum sit primū quod si dominus mercedem ^{consciētia.}
 soluit famulo iuxta meritum personæ in tali famulatu,
 tanto talique tempore, iuxta consuetudinem patriæ: tunc
 nulla interuenit obligatio plus restituendi. Vnde qui in-
 seruiturus est pro toto anno domino meretur sibi suppe-
 ditet dominus necessarium pro se, suaque familia ad de-
 centem sic vitam transigendam, sicut cæteri suæ qualitatatis
 compares in eodem seruitio, & anno seruientes solent ^c Sot. lib.
 transigere. Ita Sotus ^c sicque taxandum est pretium in ^{3. art. 3. q.}
 hoc casu arbitrio boni viri, etiam si à principio non fuit ^{3.}
 conuentum de pretio.

¶ Dictum sit secundum magnates, scilicet magni do-
 mini cuiusmodi sunt duces, comites, marchiones alijque
 huiusmodi, pueros *pages* Hispanice nūcupatos, ad preces
 eorum parentum receptos à se, sine conuentione aliqua,
 si de victu & vestitu decenti quo induti erant, dum illis
 fuerunt oblati: prouidentes eis, per se, vel per alios, bo-
 nis moribus imbuant, politicis, & cultioribus artibus in-
 stituant, vsque dum viri politici euadant, tuncque decen-
 ter cultos, ornatōsque dimittant, debito iustitiæ fecisse
 satis videntur & quicquam plus eis non debet, neque ex
 pacto expresso, vel tacito. Neque seruitia illius ætatis,
 & talia obsequia ampliori mercede digna sunt. Cessanti-
 bus alijs, vel legibus, vel pollicitationibus, vel con-
 suetudinibus

suetudinibus peculiaribus, obligatorijs, ad plus eis mercedis impendendum, quia tunc si starent seruanda hæc essent.

¶ Dicitur sit tertium quod si dominus pluribus famulis non indigens, & inductus precibus alicuius egentis, misericordia motus, eum domi recipit, ut sibi famuletur cum alijs, usque quo obuius sibi fiat dominus alius, quo cum uiuat: satis est si illi victum, & hospitium vel plus parum tribuat, quia dominus hic plus illi impendere non tenetur, sicut neq; pro mercede: qua nequaquam eget, sic Na-

¶ *Nauar.
Sum. Hiss.
cap. 7. nu.
239.*

¶ Dicitur sit quartum domini famulis sibi non inferuentibus semper: sed pro tempore apparentibus coram dominis, & aliquotiens tantum comitantibus eos, nec continuo in eorum famulatu manentibus, etiam si non subministrauerint eis mercedem sufficientem ad victum, & vestitum totius anni, si iuxta occupationem, qua huiusmodi famuli occupantur, in eodem seruitio, eis stipendium suppeditent: satis debito iustitiæ videntur satisfecisse.

¶ Quintum sit dictum, domini sine conuentione tacita, vel expressa, assumentes famulos officiales, & conomos vel secretarios, quatenus quotidie & omni hora, insistent dominorum seruitio, neque pro sufficienti victu, & vestitu eis stipendium impertiunt, iuxta qualitatem personarum, obsequiorumque tenentur reficere diminutam mercedem, usque ad sufficientiam pro decenti victu, & vestitu. Secus pro assistentia tantum in certis horis puta ad comitandum eorum uxores, vel huiusmodi, hæc omnia dicta sint, quando nulla præcessit conuentio.

¶ Sed quid si dominus famulum conduxit longe minori pretio, quam sua obsequia de iustitia merebatur; Ad quam difficultatem, quia hoc multipliciter contingere potest, si-
g. sum. lat. c. 17. num. 107.
 ne distinct. admissim responderi non potest. Dicitur ergo primo famulus diminute salariat? si ex necessitate sic in-
h. Sor. lib. 5. de iust. c. 1. in r. ar. tit. 3. q. 3.
 feruitur, secundum Nauarum ei dominus ad æqualitatem seruitij mercedem recompensare. Cuius oppositum asserit Sor. h. Sed optime eos reducit ad concordiam loco citato in resp. ad esse quando herus talis famuli seruitio indiget, scilicet
 1. ¶ tunc teneatur dominus ei, ad æquale præstadium mercedem, etiam

etiam si talis famulus ad actus necessitate sit ad illum famulatum subeundum. At sententia Soti vera est quando licet necessitate coactus sit inferuire: sed tamen herus seruitio non indiget, quia tunc non tenebitur ei ad æqualitatem stipendium reficere.

¶ Secundo dicimus minister diminute stipendiatus, qui sic voluit ministrare, causa captandi beneuolentiam, familiaritatem que domini, vt in gratiam talis domini se insinuaret, vt inter priuatos eius alumnos computaretur: non tenetur ei dominus ad aliquid amplius mercedis præstandum: quia hic admiscetur libera donatio seruitiorum propter supradictos intuitus.

¶ Tertio adijcitur quod si diminute stipendiatus famulus, sic voluit inferuire sub spe tamen satisfactionis recipiendæ in alijs remunerationibus nummorum, vel aliarum rerum: qui aliter nisi sub hac expectatione non erat inferuirurus: sed nõ se explicauit cum Domino circa hæc suam mentem, siue quia non est in vsu id explicasse: siue quia Domini sibi pro broducunt, quod taliter cum illis negotium pactiois geratur, seu quia iam innotescit, de animo horum famulorum, scilicet quod aliter non inferuissent, tunc tenetur ei Dominus recõpensare ad æquale. Quia intercedit pactum tacitum de æquali stipendio sibi reddendo nulla admixta donationis, aut remissionis integritate mercedis gratia, illaque expectatio remunerationis in alijs, fuit veluti quædam adiecta conditio, sub hacque expectatione plerique famulorum famularumque magnatibus, dominabusque præclaris famulari solent, quatenus aliquam spem concipiunt, quod aliquid ultra illis suppeditabunt pro nuptijs, vel pro statu postea assumendo. Sed si cum possent citra inconueniens huiusmodi famuli suam intentionem explicuissent, non explicarunt: tunc reducendus est iste casus ad resolutionem contentam in primo dicto concordantem Sotum, & Nauarrum per illam distinctionem, an Domini indigebant illorum seruitio, vel non.

¶ Quarto asserimus quod si famulus diminute stipendiatus sic voluit ministerium subire, non cum intentione vt de iustitia, in alijs sibi fieret recompensatio: sed cum spe gratiarum & fauorum obtinendorum, quia liberalitatibus, & magnificentijs

magnificentis dominorum fidentes hac spe, ad eis inferuendum alliciuntur quidam, quibus victus, & vestitus, & hospitium tantum solent dari: tunc in hoc casu non tenetur Dominus ad ei aliquid amplius de iustitia erogandum. Tunc quia Domini ex abundantia huiusmodi famulorum se vltro offerentium nolunt eis amplius prestare: tum quia licet spe remunerationis illecti, ministerium isti subierint, sed non fuit cum animo inducendi obligatio est iustitiæ qua Dominus ad id eis teneretur: sed solum innitendo gratitudini, & liberalitati quibus Domini ex æquitate naturali, non vi iustitiæ tenentur se exhibere gratos, licet non via restitutionis, sed gratitudinis eis in remunerationibus, vel fauoribus æquivalentibus gratificando. Ita

i Nauar.

Sum. Hisp.

num. 14.

k Thom.

22. q. 58.

et q. 106.

Q. 3.

k Syluest.

iii. surtū.

q. 12. et

13. et bel

lum. 1. q. 9

et bellū. 2.

q. 8.

l Sotum de

ius. et in

re. lib. 5. q.

3. art. 3.

m Sum. c.

17. nu. 12.

et 13.

Nauarrus. ⁱ
Sed iam breuiter ad vltimam quæstionem propositam cum Syluestro. ^k & secundum Sotum ^l & Nauarrum, ^m & secundum doctores communiter, dico primo secundum Victoriam etiam iniuste recuperans rem suam, quia via iustitiæ recuperare poterat dummodo de pretio pro illa sibi non recompenset, non incidit in excommunicatione pro hoc latam. Secundo dico quod famulus pro sibi debito ab hero non potest, sibi secreto recompensare: nisi cum quatuor conditionibus communiter secundum doctores iustificantis secretam, & priuata autoritate, recompensationem factam.

¶ Prima conditio est quod tale debitum, pro quo quis secreto sibi recompenfat, sit vere debitum ex obligatione iustitiæ, & non solius gratitudinis, in quo videas deceptos multos. Quia multum interest inter vtrumque debitum scilicet gratitudinis, & iustitiæ.

¶ Secunda conditio est ne vltra debitum accipiat sibi recompensans.

¶ Tertiò requiritur vt sic ratione iustitiæ debitum liquidum sit, & certum. Quia si id an debeat, dubio non caret: vel propter legem, aut consuetudinem, aut pactum partium, tunc iustitia recompensationis non habet locū. Sicut neque secundum Cordubam, qui necessitate contractus vendidit rem citra medietatem iusti pretij licet emptor teneatur ei restituere defraudatū pretiū, sed pro hoc nõ potest occulte de bonis emptoris sibi recõpẽsare.

¶ Quarto

¶ Quarto requiritur quod via iustitiæ tale sibi debitum nequeat recuperare, siue defectu probationum & testium, siue defectu iudicis recti, siue timore expensarum, simultatum, aliorumque detrimentorum.

¶ Quinto requiritur caueat sic sibi recompensans ne inde aliquid scandali, vel damni temporalis, vel spiritualis, impendeat. Quia tale damnum resarcire teneretur.

¶ Sexto requiritur caueat ne illud de quo sibi secreto recompensauit, debitum iterum sibi, vel suis solvatur heredibus à debitore resipiscente, & volente impofterum solvere. Quare adhibenda est cautela, vt debitor conuenienti modo maneat persuasus, iam illud debitum fuisse solutum, ad illudque non teneri, ita frater Iosephus materia de restitut. ait addens quod requiritur, quod verisimiliter opinetur non recuperabit etiam si à debitore petat.

¶ Præterea quia de famulorum stipendio actum est nota quid Pedraza circa hoc singulariter tetigit, dicens, quod sicut Domini possunt dimittere famulos, aliosque suscipere, ita quoque famuli eadem libertate debent potiri, scilicet vt sicut libere possunt ab heris dimitti: ita quoque libere heros dimittere possint. Vnde casus est vsu receptus aliqualem inducens restitutionem. scilicet constringere ad non suscipiendum famulum, vel ad non immutandum priorem herum sine ipsius constringentis licentia. Quia quodammodo est famulum à sua libertate auertere, ne possit alteri quam primo hero inuitus, famulari.

¶ Sed libro 4. fori. tit. 4. li. 3. habetur quod herus abiciens famulum sine culpa famuli, ei pro toto tempore conventionis teneretur persolvere stipendium: sicut è contra si famulus sine causa & culpa heri recesserit ab eo, stipendio sibi debito amisso, in alio æquali multabitur: Sed hoc contingit in foro exteriori, quod credo forte non est in vsu: sed Pedraza loquitur in conscientia, quod supposito inoleuit vsus libere abijcendi famulum, vt par sit utriusque conditio, libertas quoque manebit apud famulum liberè mutandi herum.

¶ Sed aduertito quod æquitas iustitiæ exposcit vt famulus qui se locauit pro certa pretij quota per totum annum, si eo tempore sua sponte recedit ab hero, quo modi

II. Pars. / F.L. Lopes. Instr. Consc. d cum

n Pedraza
Sum fol.
86. pag. 2.
super man
datum se
ptimum.

gum subiit laboris : quia reliquo tempore anni grauius sibi manebat laboris onus circa gregis , vel agriculturæ curam, tunc etiam pro rata computando tempus seruitij, arbitrio boni viri , pro tempore seruitij impensæ, aliquid minus accipiat. Quia si pro illo duntaxat tempore vbi leuius laboratur, fuisset conductus , tenet magis etiam pro rata stipendium recepisset. Ita Bartolus. ¶ Vt si Petrus promisit stare per annum cum Ioanne , & stetit tantum per 6. menses, non poterit habere medietatem salarij si in hieme stetit, sed habebit arbitrio boni viri, facta computatione laboris. Ergo si stetit in æstate tantum , habebit plus medietatis salarij ad arbitriū boni viri per argumentum à contrario.

¶ Atque sicut equum locatum casu infirmatum cum magnis proprijs expensis, non tenetur eius conductor illius curam agere, ita neque pater familias tenetur de magnis expensis famuli infirmantis, quem salario conduxit secundum Bartol. ¶ Quo ad salariū autem non tenetur ei communiter secundum doctores. Quia casus contingens in persona, quæ locauit operas suas liberat conductorem à præstatione mercedis. ¶ Quod tamen limitat Panormitanus in cap. 1. de clerico ægrotante quando salariū debetur tantum ratione personæ, & non ratione aliorum : vt si iudex sit cui debetur salariū non tantum pro se, sed etiam ratione familiæ, quam tenet, etiam quod infirmetur, debet habere salariū. ¶ si autem esset consuetudo vt famulo infirmanti daretur salariū seruanda esset secundum Saly. ¶

¶ Si autem promisit famulus seruire vno anno & parte fuit infirmus non tenebitur transacto anno, supplet tempus secundum gloss. ¶

¶ Præterea nequid merito desiderandum in hac materia desideretur , & aliunde queratur : aduertito tandem, quod si quis conuenit cum aliquo patre familias, coquere panes aut lauare pannos pro tota familia determinata vt puta pro 40. personis , aucta familia , vel diminuta in conscientia augendum est pretium, vel diminuendum , si autem numerus erat indeterminatus vt contingit in conuentibus fratrum , qui aliquando sunt plures , aliquando pauciores , non augebitur neq; minuetur salariū licet plures,

o l. diuor.
tio §. quod
in anno. ff.
sol. matr.

P In l. si
cum dote.
§. si autē.
ff. sol. matr.
¶ l. si vno
§. iiē cum
quidā. ff.
locati.
r l. pecu-
nia in prin-
cip. ff. de cō-
di. ob caus.
s salyc. in
l. licet. c. lo-
cat.

r In cap. si
propter de
rescript.
lib. 6. c.
ff. de statu
lib. l. cum
heres. §.
stichus.

plures, vel pauciores contingant esse, facit cap. quanto de censibus: & Panormitanus ibi. Si tamen nimis grauaretur ex hoc per iudicis officium sibi providebitur, sed in conscientia non tenebitur providere tantæ multitudini, & è conuerso, neq; conuentus tantum soluere si præter expectatum notabiliter numerus minuitur, quia cõtrarium eadem est disciplina, sed de his satis.

¶ Postremo secundum Nauarrum artifices mechanici, sartores, sutores accipientes famulos, quos tirones vocant ad docendum eos suas artes, interdum pro solo victu, & scholastici Salmantini sic accipientes famulos, cum conuentione tacita, vel expressa concedendi eis tempus ad studendum, pro obsonio, & denariolis, & paribus calcæorum, si occupant eos in alijs rebus contra eorum voluntatem, ita vt nequeant illas addiscere artes, peccant cum magna obligatione restituendi propter tempus discendi, & studendi illis ereptum, quod si eos volentes occupant, tenentur illis impedere integrum salarium quod præstari est solitum, admissis sine conditione pro tempore studendi. Insinuat quoq; Nauarrus v famulo seruienti *v Sum.* pro omni tempore continuo, victus & vestitus honestus *Lat. c. 17.* debetur, & præterea aliqua honesta merces pro merito ob *num. 110.* sequiorum.

¶ De casu quodam Nauarri & an iuste vel iniuste causa recompensandi accipiens aliquid ad excommunicationem episcopi teneatur illud detegere vel restituere.

CAP. IX.

CUM vero id laboris, susceptum hic sit à nobis, nempe peccata contra præceptam non furandi, & causas restitutionis indagare, nostram persequentes materiam, querimus hic primo de illa quæstione. De qua Nauarrus sepe fuit rogatus præsertim Salmanticæ an qui donauit sua aut renunciauit beneficio suo, vt possit iuste cooptari in aliquod collegium in quo soli pauperes cooptantur, si fuit cooptatus, si quia est inhabilis ad illud (vt videtur) commiserit aliquid fraudulentum restitutione dignum. Respondetur ergo cum illo, ea beneuitate qua seipse expedit, quod licitè fecit si talis donatio esset irreuocabilis, sine vlllo pacto de retro donando, & renuncia

d 2 nuncia

Q6.1.